



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 80. Assultum rupto cuniculo tentandi consilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

retur. Tandem autem consilium mox ^{Sæcul. XVI.} _{A.C. 1512.} propositum effectui dare cæpit.

§. LXXX.

Affultum rupto cuniculo tentandi consilium.

Itaque Cardonna tormentorum, quæ in ^{Guic. l. 10.} Romandiola erant, curam in se suscepit; Navarrus vero prope Castellionensem ^{Paul. Jov.} portam Castrensis operæ furnos suffodere jussit, ut ea ex parte, in qua erat Sacellum, cuniculus sub muro ageretur. Vingtiquatuor horas obsidentium labor tenebat, & jamjam muri ruina sexaginta perticis ampla, ultraquam ad affultum opus esset, patebat; nec tamen Fœderati in urbem irruptionem tentabant, cuniculum penitus absolvi præstolantes, eo fine, ut eodem tempore in duos ordines distributi ex una parte, quam tormentorum vis aperiebat, ex altera vero, qua cuniculus mœnia nudaret, civitatem invaderent, spe freti, præsidiarios, nequidem expectato affultu, deditioem facturos. Igitur de signo conventum, quo dato ruptoque cuniculo mox milites per muri ruinas penetrarent: revocatum etiam fuit expeditum illud agmen, quo Columna Renonis pontem tuebatur, ut totum exercitus robur in urbis excidium intentum esset. Ipse Navarrus cuniculo

Hist. Eccles. Tom. XXXII. X ignem

Sæcul. XVI. ignem subjecit, ubi non minus amplam,
 A. C. 1512. ac erat illa prius tormenti ictibus disje-
 cta, muri partem pulveris tormentarii
Marian. lib. vis in sublime extulit. Ast hæc ipsa tam
 30. n. 30. directo lapsu deorsum in eundem locum
Raynald. ad recidit, ut nunquam avulsa crederetur,
 ann. 1512. quod Bononienses velut rem supra natu-
 rum. 5. ræ vim, ac ordinem admirabantur, hoc-
 que casu obsidentes territi assultum dif-
 ferebant, donec alia ex parte cuniculi
 acti fuissent; omnes tamen eorum cona-
 tus in irritum cecidere.

§. LXXXI.

Fœderati soluta obsidione recedentes.

Marian. lib. Interea Fœderati, quamvis viribus su-
 30. n. 30. periores, de sua tamen salute solliciti,
 coacto belli Senatu decreverunt, quod
 turbidæ tempestatis beneficio tormenta
 abducerentur, atque unacum sarcinis
 præmitterentur, demum vero ad primas
 noctis tenebras ipse quoque exercitus in-
 sequeretur. Hoc consilium tanta celeri-
 tate, tamque alto silentio effectui datum,
 ut Gallorum Duci fugæ notitiam sero ni-
 mis accipienti nil reliquum esset, quam
 ut equites suos, qui fugienti ultimo ag-
 mini insisterent, emitteret, exiguo ta-
 men hostium dispendio; hi enim nonnisi
 triginta circiter currus hosti eripere, pau-
 cosque milites capere poterant. Recesse-
 rant